



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd Deus pius sit,& non pascatur cruciatu miserorum: iustus autem,&  
ideo non sedetur in perpetuum ab iniquorum vltione. Ixiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel insanus præsumat? Et si minatus est, quod nō erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod nefas est dicens, prædicare compellimur.

*Cur peccata quæ cum fine perpetrat a sunt, sine fine  
puniuntur.* Cap. LXIII.

**S**cire velim, quomodo iustū sit, vt culpa quæ cū fine per- *Ex eod.*  
**P**etrata est, fine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, si di- *Pet. int.*  
strictus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Ini- *Gre. ref.*  
qui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixe-  
runt. Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere,  
vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enim, quia in pec-  
cato viuere semper cupiunt, qui nunquam desinūt pecca-  
re, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicatis per-  
tinet, vt nunquam careant suppicio, qui in hac vita nun-  
quam voluerunt carere peccato.

*Quod Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorū,  
iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab  
iniquorum vltione.* Cap. LXIII.

**S**E D nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens *Ex eod.*  
**S**eruos à iusto domino, idcirco cædi præcipitur, vt à ne *Pet. int.*  
quitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat, vt emendare de-  
beat. Iniqui autem gehennæ igni traditi, si ad correctionē  
nunquam veniant, quo fine semper ardebunt? Omnipotēs *Gre. ref.*  
Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nō pascitur: Quia  
autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non  
sedatur. Sed iniqui omnes æterno suppicio deputati, sua  
quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt,  
scilicet, vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia quæ per-  
cipiunt, & in illis respiciant suppicia quæ euaserunt, qua-  
tenus in æternū tantò magis diuinæ gratiæ debitores se  
esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri conspi-  
ciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

*De hoc si ante restitutionem corporum, animæ iustorum  
in cœlum recipientur.* Cap. LXV.

*Ex eod.*

**P**LACET quod dicis: Sed velim nosse, si nūc antere- *Pet. int.*  
stitutionem corporum in cœlum recipi valeant animæ *Gre. ref.*  
SS ii